

do, &c. ut supra de causa Januarii Episcopi. Quorum autem capitum initia citantur ex inferioribus causis, ea sic relicta sunt quemadmodum antea se habebant, ut modus citandi Gratiano usitatus agnoscat.

VIII. Item CODICIS lib. 7. tit. de sententiis ex breviculo recitandis, Imp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. [anno 374.]

Ultima sententia debet de scripto proferri.

Statutis generalibus iustissimus, ut universi Judices, quibus reddendi juris in provinciis permixta facultatem, cognitis causis ultimas definitiones de scripti recitatione proferant. Huic adijcimus sanctionem, ut sententia, quæ dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententiae habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum, appellationis solemnitas requiratur.

CORR. ROM. In duobus vetustis codicibus hoc, & sequens Caput non habentur, & hanc legem Codicis B. Gregorius in præcedenti Capite manifestè indicaverat.

IX. Item ex CONCILIO apud S. Medardum a. Hincmarus Remorum Archiepiscopus dixit. [an. 853. in Gallia.]

De eodem.

Legum Ecclesiasticarum consuetudo, & autoritas talis est, ut in causis gestorum semper scripturam requirant; adeo ut, qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen precipiatur. Qui ad summum Sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinat autem à suis Ordinatoribus literas accipere jubetur. Qui etiam ab Ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libelli inscriptione aut recipitur, aut eicitur. Sed & qui accusatur, aut excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari, vel reconciliari jubetur. Et sic in ceteris hujusmodi in tantum scriptura deponitur, ut sicut B. Gregorius in Commonitorio ad Joannem Defensorem ex Romanis legibus sumens scribit: [Sententia, quæ sine scripto proferatur, nec nomen sententiæ habere mereatur.]

CORR. ROM. Sed & qui. In originali est, sed qui accusatur, vel qui excommunicatur, reconciliatur per scripturam accusari, vel reconciliatur commendari jubetur. Et sic, &c.

PITH. Romanis legibus. l. 3. c. de sent. ex per. Extrâ de libelli oblat. c. 1. Burch. l. 2. c. 197. Ivo, p. 6. c. 269. Libellari inscriptione. orig. Suprà c. in primis. Cod. libro 7. tit. 44. meretur. orig. al. Airardo. In etiam Cod. dex Pith.

X. Item NICOLAUS Papa I. Girardo Turonensi Archiepiscopo. [c. an. 867. Româ in Galliam.]

Restituendus est, quem neque convictum, neque confessum constat esse ejectionem.

Notum sit huic tue fraternæ Charitati, quod iste Presbyter pauper, nomine Christophorus de sua angustia ad nostram Clementiam lacrymabiliter sic conquestus: dicens se falsis criminibus impetitur, & ab Ecclesia sua non convictum, neque confessum, irrationabiliter fuisse ejectionem. Nam, ut ipse refert, tuâ diligentia per tres vias inquisitione facta, nulli in se neque de fornicationis crimine, neque de homicidii confessione (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa: nisi quia sua paupertatis causa, quæ prebebatur, aut consentire noluit, aut implere non potuit. Quæ sunt tamen æmulus ultroneus egit, qui iniuste illius Ecclesiam præripuit. Idcirco magnopere monemus Reverentiam tuam, ut etiam quæ te fortè ignorante, Giezica cupiditate peracta esse videntur, tuâ Fraternitatis censurâ Cleri emendatione corrigantur: scilicet restituendo Ecclesiæ propriæ jam dictum Sacerdotem, atque ei reddendo tuâ pietate pristinum, quem perdidit, honorem; & nullatenus Canonica instituta alicujus temeritate contemni permittas: quia facientem & conscientem par pena constringit.

CORR. ROM. Confessione. Sic est emendatum ex plenius vetustis exemplaribus. Nam antea legebatur, confessione. Ivo autem habet, confessio.

PITH. Ejectionem. V. C. reiectum. De quibus impetebatur. Defunt in V. C. Giezica. V. C. Giezica. Cleri. V. C. ceteri.

XI. Item DE LIBRO Constitutionum. [an. Chr. 516. Constantinopoli.]

Antequam causa probetur, alicui excommunicari non debet.

Nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet alicuiquam, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiasticus Canones hoc fieri jubent. Si quis autem adversus eam excommunicaverit alicuiquam; ille quidem, qui excommunicatus est, majoris Sacerdotis autoritate ad gratiam sanctæ communionis redeat: is autem, qui non legitime excommunicavit, in tantum abtineat tempus sacrosanctæ communionis, quantum majori Sacerdoti vilium fuerit, ut quod iniuste fecit, ipse iuste patiatur.

XII. Item AUGUSTINUS in Epist. 137. ad Clerum, & universam plebem Hipponensem. [fortè an. 404. in Africa.]

Incerta, & dubia iudicari non possunt.

Nomen Presbyteri propterea non ausus sum de numero collegarum ejus vel suppressim, vel delere, ne Divina potestati, sub cuius examine causa adhuc pendet, facere viderer injuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio prævenire; quod nec in negotiis secularibus Judices faciunt, quando causæ dubitatio ad majorem Potestatem refertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in Episcoporum Concilio constitutum est, nullum Clericum, qui nondum convictus sit, suspensum à communionem debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentaverit.

PITH. Ut pendente. l. 1. Cod. de relat. XIII. Item MELCHIADES Papa Episcopus Hispaniæ. [an. 314. Româ in Hispaniam.] Nec suspensions arbitrio, nec ante verum iudicium alicui condennetur.

Primo semper ante omnia diligenter inquirent, ut cum iustitia, & veritate definitis: neminem condennemus ante verum & iustum iudicium: nullum suspensions arbitrio iudicemus: sed primum probate, & postea charitativam proferte sententiam: & quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere. PITH. Quod. V. C. quod tibi fieri non vis, alteri non facias.

XIV. Item DIGEST. lib. 48. tit. de accusationibus, & inscriptionibus. l. Qui accusare. [c. an. Chr. 235. Româ.]

Qui ab accusatione prohibentur, & qui recipiuntur. Prohibentur accusare alii propter sexum, vel ætatem; ut mulier, ut pupillus. Alii propter Sacramentum, ut qui stipendium merent. Alii propter magistratum potestatem: in qua agentes sine fraude in jus vocari non possunt. Alii propter delictum proprium, ut infames. Alii propter turpem quæstum, ut qui duo iudicia adversus duos reos fuisse scripta habent, nummofve ob accusandum, vel non accusandum acceperint. Alii propter conditionem suam, ut Libertini contra Patronos. Alii propter suspicionem calumniæ, ut illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt. Nonnulli propter pauperiam, ut sunt, qui minus quam quinquaginta aures habent. Hi tamen omnes, si suam injuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur. Liberi Libertique non sunt prohibendi suarum rerum defendendarum gratia de facto Parentum, Patronorumque queri: puta si dicant, vi se de possessione ab his expulso; scilicet non ut crimen vis eis intendant, sed ut possessionem recipiant. Nam & filius quidem non prohibetur esse de facto matris queri, si dicat suppositum ab ea partum, quò magis coherentem haberet: sed eam ream lege Cornelia facere permittitur ei non est. Alio delatum alius deferre non potest: sed eum, qui abolitione publica, vel privata interveniente, aut desistente accusatore de Reis exemptus est, alius deferre non prohibetur.

Mulierem propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem audiri à Prefecto annonæ deferentem Divi Verus & Antonius rescripserunt. Famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione admittuntur. Milites quoque, qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace exorbant, vel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. Servi quoque deferentes audiuntur.

His omnibus autoritatibus datur intelligi, quòd nullus est condennandus, nisi iudicio ordinabiliter habito aut vincatur, aut reum se ipse confiteatur. Verum hæc de illis intelligenda sunt, quorum crimina sunt occulta: ceterum, quæ manifesta sunt, iudicium ordinem non requirunt. Unde

XV. AMEROSIUS. [c. an. 384.] Sine accusatione, manifesta iudicentur.

Manifesta, accusatione non indigent.

CORR. ROM. Ivo in Epistola ad Hugonem, quæ incipit, Literas V. P. sic ait: Manifesta autem accusatione non indigere testatur Beatus Ambrosius super Epistolam ad Corinthios, ita dicens de eo, qui cum nocerca iudicis non est, &c.] ut infra c. de manifesta.

XVI. Item NICOLAUS Papa I. Ludovico Regi in Epistola, quæ incipit, Syllabarum. [c. an. 868. Româ in Germaniam.]

De eodem. Quæ Lotharius Rex nepos vester facit, accusatore non indigent. Manifesta quippe sunt (teste Apostolo) opera carnis, fornicatio, immunditia, &c. CORR. ROM. Sumptum est ex Epistola, quæ habetur in codice sæpe memorato Monasterii Dominicanorum; in qua hæc præcedunt: Accusatorum autem habere Lotharium non nisi illam, qui accusator fratrum in Apocalypsi appellatur, & opera ejus, quæ in ipsa eisdem antiqui bostis instinctu patravant, projecto conperimus. Quæ cetero Lotharius Rex, &c. PITH. Ludovico Regi. V. C. ad Carolum.

GRATIAN. In manifestis enim calliditate accusantium non opprimitur Reus, nec tergiversatione proprium crimen celatur, cum culpa sua oculis omnium sponte se ingerat: atque ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur: qui ideo institutus est, ut nec innocentia infideliis pateret adversantium, nec culpa delinquentium sententiam effugeret iusti examinis. Unde PITH. Atque ideo. c. ad nostram 21. extr. de iur. c. quoniam 10. de fil. Presbyt. c. evidentiâ 9. de accusat.

XVII. STEPHANUS Papa V. Leoni Episcopo Theanensi. [c. an. 885. Româ in Campaniam.]

Ordinem iudicium manifesta non desiderat causa.

DE manifesta & nota pluribus causis non sunt querendi testes, ut sanctus Ambrosius in Epistola ad Corinthios dixit, de fornicatore sententiam exponens Apolloli. [Judicis inquit, non est fine accusatore damnare: quia & Dominus Judam, cum fur esset, sciebat: sed quia non est accusatus, minime abiecit. [Ut tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.] Cognito opere isto pellendum illum fuisse de cetero Fraternitatis Apolloli censuit. Omnes enim crimen ejus sciebat, & non arguebant. Publice enim noceram suam loco uxoris habebat. In qua re neque testibus opus erat, neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen.] Sed parò post. [Abfens facie, presens autem autoritate Spiritus, qui nunquam abest, jam iudicavi, ut presens eum, qui hoc admittit, tradi Satanæ in interitum carnis.] CORR. ROM. Extat integra hæc Epistola in Collectione Canonum iudicium nomine in Vaticana Bibliotheca.

GRATIAN. Sed sciendum est, quòd eorum, quæ manifesta sunt, alia sunt nota iudici, & incognita aliis; alia sunt manifesta aliis, & occulta iudici; quedam verò sunt nota iudici, & aliis. Quæ iudici tantum nota sunt, sine examinatione ferri non possunt: quia nota Accusatoris persona afluuntur, iudiciaria potestas amittitur. In una enim eademque causa nullus simul potest esse Accusator & Judex. Unde

XVIII. AUGUSTINUS in homilia de Penitentia [quæ est 50.] c. 12. [fortè c. an. 415. in Africa.]

Quando alicui sunt corrigendi, quando tolerandi.

MULTI corriguntur, ut Petrus: multi tolerantur, ut Judas: multi nascuntur, donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. Infra. Nos vero à communiōne prohibere quemquam non possumus (quamvis hæc prohibitio pondum fit mortalitatis, sed medicinalis) nisi aut sponte confessum, aut in aliquo, five seculari, five Ecclesiastico iudicio nominatum, atque convictum. Quis enim sibi utrumque audeat assumere, ut cuiquam ipse sit & Accusator, & Judex? Cujusmodi regulam etiam Paulus Apollolus in eadem ad Corinthios Epistola breviter innotuisse intelligitur, cum quibusdam commemoratis criminibus, Ecclesiastici iudicii formam ad omnia familia ex quibusdam daret. At enim: Scripsi vobis in Epistola non commisseri fornicariis. Non utique fornicariis busju Mundi, aut avaris, aut rapitoribus, aut idolis servientibus: alioquin deberatis de hoc Mundo exisse. Non enim possunt homines in hoc Mundo vivere, nisi cum talibus vivere: nec eos possunt lucrificare Christo, si eorum colloquium convictumque vitaverint. Unde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus comedens. Non est opus, inquit, sanis medicis, sed male habentibus. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. Et ideo sequitur Apollolus, & adjungit: Nunc scripsi vobis non commisseri. Si quis frater nominatur in vobis, aut fornicator, aut idolis serviens, aut avarus, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax; cum hujusmodi nec quidem cibum simul sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferite malum a vobis ipsis. Quibus verbis satis ostendit non temere, aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab Ecclesiæ communiōne: ut si per iudicium auterri non possunt, tollerentur potius; ne perverto malos quique evitandis, ab Ecclesia ipse discederet, eos, quos fugere videtur, vinciat ad gehennam. Quia & ad hoc nobis sunt in Scripturis Sanctis exempla propolita: velut in melle, ut palea sufflerat, ubi pilces boni cum malis unque ad segregationem, quæ futura est in litore, id est, in fine seculari, aquo animo tolerentur. Non enim contrarium est huic loco id quòd, alio loco dicit Apollolus: Tu quis es qui iudicatis alienum servum? suo Domino fiat aut cadit. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio superius, vel etiam extraordinario usurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem Ecclesiæ, five ultro confessum, five accusatum, atque convictum. Alioquin illud cur dixit? [Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis serviens, &c.] nisi quia eum nominationem intelligi voluit, quæ fit in quemquam, cum sententia ordine iudicario, atque integritate profertur? Nam si nominatio sola sufficit, multi damandi iudic innocentes; quia sæpe falso in quorum crimina nominantur. Non ergo illi, quos

GRATIAN. 2. Pars. Ansel. l. 3. Polyc. l. 7. tit. 7. 1. Cor. 5. XXIII. 4. c. infidelis. Matth. 9. 1. Cor. 5. f. quouique. al. mittat. Matth. 3. Matth. 13. Rom. 14. iniquoque crimine. Beda in c. 5. 1. ad Corinth.

monemus agere penitentiam, quarant sibi comites ad supplicium; nec gaudeant, quia plures invenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

XIX. IDEM sermone XVI. de verbis Domini. [fortè c. an. 400. in Africa.]

Peccatum, quod tantum iudici notum est, ab eo damnum non valet.

Si peccaverit, inquit, in te frater tuus, corripe eum. Inter te, & ipsum solum. Quare? quia peccavit in te. Quid est, in te peccavit? Tu scis, quia peccavit. Quia enim secretum fuit, quando in te peccavit, secretum quare, cum corrigis, quod in te peccavit. Nam si solus non fuit, quia peccavit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor. Attende, quemadmodum vir iustus Joseph, tanto flagitio, quod de uxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit: antequam sciret, unde illa conceperat, quam gravidam fenerat, & se ad illum non accessisse noverat. Restabat itaque certa adulterii suspicio: & tamen, quia ipse solus fenerat, ipse solus sciebat, quid de illo ait Evangelium? Joseph autem, cion esset vir iustus, & nollet eam divulgare. Mariti dolor non vindictam quærit: voluit prodelle peccanti, non punire peccantem. Cum, inquit, nollet eam divulgare, voluit eam occulte dimittere. & infra. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa verò corripienda sunt secretis, quæ peccantur secretis. Distribuite tempora, & concordat Scriptura. Sic agamus, & sic agendum est, non solum, quando in nos peccatur, sed etiam quando peccatur ab aliquo, ut ab altero nesciatur, in secreto debemus corrumpere. Sed parò post. Ergo nolo quem homicidam Episcopus, & alius illum nemo novit. Ego nolo illum publice corrumpere, & tu quaris inferbere? Profrus nec prodo, nec negligo: corripio in secreto: pono ante oculos ejus Dei iudicium, terreo cruentam conscientiam, persuadeo penitentiam. Hac charitate præditi esse debemus. Unde aliquando homines reprehendunt nos, quòd quasi non corripiamus: aut putant nos scire, quod nescimus; aut putant nos tacere, quòd scimus. Sed fortè quòd scis, & ego scio: sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant: aliquando nobis produntur ab uxoris suis, plerumque zelantibus; aliquando maritorum saltem querentibus. Nos non prodimus palam, sed in secreto arguimus. Ubi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia offendentem homini in tali peccato constituto, fauciamque gerenti conscientiam, illud vulnus esse mortiferum.

GRATIAN. 3. Pars. Beda 1. Cor. 5. Ansel. l. 3. Polyc. l. 7. tit. 7. 1. Cor. 5. Ansel. l. 3. Polyc. l. 7. tit. 7. 1. Cor. 5. Ansel. l. 3. Polyc. l. 7. tit. 7. 1. Cor. 5.

Quando verò crimen est notum aliis, & non iudici, nec tunc sine examinatione ferendum est: quia in crimine sibi occultum iudex sententiam ferre non debet. Unde ait

XX. EVARISTUS Papa Epist. 2. [an. 108. Româ in Ægyptum.]

Restituendus est, quem neque convictum, neque confessum constat esse ejectionem.

Deus omnipotens, ut nos à precipitata sententiæ prolatione compelleret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis ejus; mala tamen Sodome noluit audita iudicari. Polyc. l. 7. re, priusquam manifestè agnosceret, quæ dicebantur. Unde de ipse ait: Descendam, & videbo, utrum clamorem, Burch. l. 11. qui venit ad me, opere compleverint; an non est ita, ut sciam. Deus omnipotens, cui nihil est absconditum, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant; non ob aliud hæc, & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inferimus) per se inquirere dignus est; nisi, ut nobis exemplum daret, ne precipites in discutendis, & iudicandis negotiis credemus, quam probate. Cuius exemplum præsumat credere, quam probate. Cuius exemplum quoquo modo iudicemus, dicente Veritatis voce: Nolite iudicare, ut non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini, & reliqua. Nam mala & audita nullum moveant: nec pallidum dicta absque certa probatione quicumque unquam credit: sed ante audita diligenter inquirat, ne precipitando quidquam alicui agat. Si enim Dominus omnium, Sodomorum mala quorum clamor ad Cælum usque pervenerat, omnia sciens prius nec credere, nec iudicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, quæ audierat, opere veraciter cognosceret; multo magis nos humani, & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, & hæc precipare, & nullum ante veram, iustamque probationem, iudicare, aut damnare debemus, manifestè Apollolo dicente Paulo: Tu quis es, qui iudicatis servum alienum? suo enim Domino fiat, aut cadit.

GRATIAN. Ansel. l. 3. Polyc. l. 7. tit. 7. Ivo, p. 5. c. 240. Hebr. 4. Gen. 18. Matt. 7. xxx. 9. 5. nullam ante.

GRATIAN. 5. Pars. Ansel. l. 3. Polyc. l. 7. tit. 7. Ivo, p. 5. c. 240. Hebr. 4. Gen. 18. Matt. 7. xxx. 9. 5. nullam ante.

Quando autem crimen notum est iudici, & aliis, aliquando Reus iniciatur factum: veluti si quis negaret interfecisse eum, quem sub oculis iudicis in conspectu multorum interfecit. Hic, quia se reum negat, sine examinatione ferri non potest. Aliquando evidentiâ ipsa operis reum esse testatur, quando opere publico crimen suum

GRATIAN. 5. Pars. Ansel. l. 3. Polyc. l. 7. tit. 7. Ivo, p. 5. c. 240. Hebr. 4. Gen. 18. Matt. 7. xxx. 9. 5. nullam ante.